



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 24. Franciæ Episcoporum Epistola ad Innocentium X. Papam occasione  
Constitutionis contra quinque Jansenii propositiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII. „bus Benedictionem Apostolicam per.  
A. C. 1653. „manenter impertimur.“

## §. XXIV.

*Franciæ Episcoporum epistola ad Inno-  
nocentium X. Papam occasione  
Constitutionis contra quinque  
Jansenii propositiones.*

*Hist. des cinq. propos. lib. I. Argentre Collect. Jud. t. 3. p. 275.* Tam religioso silentio præfata Inno-  
centii X. Constitutio premebat, ut Jansenistarum Deputati illius noti-  
tiam non habuerint, priusquam die  
nona Junii illam publice affixam esse  
perciperent. Tum vero Roma excedere  
intenti, die decima tertia ejusdem Men-  
sis Papam accessere, ab eodem susci-  
tanti, utrum sua Constitutione doctri-  
nam SS. Augustini & Thomæ perstrin-  
gere intendisset? ad quæ tamen Pon-  
tis sex mox reposuit, „se per celeberrimi  
mos Theologos summo labore ac stu-  
dio discussis propositionibus hoc judi-  
cium pronuntiare coram Deo quidem  
fuisse obstrictum; adeo autem firmiter  
utriusque S. Doctoris doctrinam ab Ec-  
clesia esse approbatam, ut nullatenus  
eidem præjudicium inferri posset, se  
vero controversiam de gratia sub Cle-  
mente VIII. & Paulo V. per decem  
annos agitatam rursus examinari hoc-  
que

A. C. 1653.

, que tempore discuti noluisse, eo quod nec Sæc. XVII.  
, hæc, nec Augustini doctrina cum Jan-  
„senii erroribus quicquam commune  
haberet.,, His dictis Pontifex ex illis  
sciscitabatur, an præfatam Bullam vi-  
dissent, iis autem negantibus; quæ in  
illa continerentur, eisdem perbenigne  
exposuit, quo percepto Deputati filiale  
obsequium oretenus professi, die decima  
septima ejusdem Mensis & Hallierus  
cum suis die sexta Septembris Roma  
in Franciam reversi sunt. Pridie vero  
Episcoporum Deputatis Pontifex pari-  
ter, quæ in hoc negotio egisset, expo-  
suit, atque cum eis per sesqui horam  
collocutus significavit, quod Iansenista-  
rum Deputatos, ut illos ad Ianiora re-  
duceret, paterna benevolentia dimisif-  
set. Postea die quarta Octobris habito  
Patrum Senatu ceteros Cardinales de  
hac Constitutione ad omnes Principes  
Christianos transmissa certiores reddi-  
dit. Quamprimum vero Bagnius Athe-  
narum Archiepiscopus & Papæ in Gal-  
liis Nuntius Innocentii X. Constitutio-  
nem unacum ejusdem epistola accepe-  
rat, mox illam ad Regem, Reginam  
& Mazarinum Cardinalem & Cleri Gal-  
licani Procuratores detulit, eisdemque  
circa hoc negotium Romæ gesta fusius  
exposuit, quibus perceptis Mazarinus  
Regis nomine omnibus Episcopi. tum

Lute-

Sæc. XVII. Lutetiæ agentibus denuntiari jussit, ut  
A.C. 1653. habito Conventu Pontificis Bullam  
prælegerent. Hi ergo numero triginta  
sex in præfati Cardinalis ædibus unde-  
cima Julii die congregati hanc Bullam  
unanimi suffragio acceptarunt, & quarto  
post die, ut debitas summo Pontifici  
grates rependerent, has Romam trans-  
miserant literas, a Petro de Marca To-  
losano Archiepiscopo conceptas:

*Beatissime Pater!*

„Optata pervenit ad nos tandem  
„Constitutio illa, qua vestræ Sanctita-  
„tis auctoritate quid sentiendum sit de  
„controversis quinque Propositionibus,  
„quæ sunt excerptæ e Cornelii Jansenii  
„Ypresensis Episcopi libris, perspicue de-  
„cernitur. Exercitatæ in Belgio con-  
„tentiones flagrabant etiam in Galliis,  
„& latissimum incendium per universas  
„Ecclesiæ partes minabantur, ni pesti-  
„grassanti, & certissimam pernicem al-  
„laturæ obstitisset Beatitudinis Vestræ  
„indefessum Studium, & ex alto pe-  
„tita potestas, quæ sola acerrimam il-  
„lam animorum collisionem compescere  
„poterat. Agebatur de re magni mo-  
„menti, de aditu scilicet ad salutem  
„per necessaria Christianæ gratiæ præ-  
„sidia, & humanæ voluntatis adjumen-  
„tis

„tis illis excitatæ ac fotæ conatus li- Sæc. XVII.  
„beros; atque de divina Christi pietate A. C. 1653.  
„ac beneficentia in universum genus  
„humanum. Hujus doctrinæ lucem  
„recentioris illius auctoris disputationi-  
„bus obscuratam, pristino nitori resti-  
„tuit juxta veterem fidei regulam ex  
„Scripturis, & antiqua Patrum tradi-  
„tione, in Conciliis olim, & nuper au-  
„ctoribus summis Pontificibus constitu-  
„tam, prolatum a Sanctitate Vestra po-  
„stulantibus compluribus galliarum Epi-  
„scopis Decretum. Quo in negotio il-  
„lud observatione dignum accidit, ut  
„quemadmodum ad Episcoporum Afri-  
„cæ relationem, Innocentius I. Pela-  
„gianam hæresim damnavit olim, sic  
„ad Gallicanorum Episcoporum con-  
„sultationem hæresim ex adverso Pela-  
„gianæ oppositam Innocentius X. aucto-  
„ritate sua proscripterit. Enim vero  
„vetustæ illius ætatis Ecclesia Catho-  
„lica, sola Cathedræ Petri communio-  
„ne & auctoritate fulta, quæ in De-  
„cretali Epistola Innocentii ad Africa-  
„nos data elucebat, quamque dein  
„Zosimi altera ad universos orbis Epi-  
„scopos epistola subsecuta est, Pelagia-  
„na Hæresis damnationi absque cuncta-  
„tione subscripsit. Perspectum enim  
„habebat non solum ex Christi Domini  
„nostrí pollicitatione Petro facta, sed  
„etiam

Sæc. XVII. „etiam ex actis priorum Pontificum, &  
A. C. 1653. „ex anathematismis adversus Apoll.  
„narium & Macedonium nondum ab ulla  
„Synodo oecumenica damnatos, a Da  
„maso paulo antea jactis judicia pro  
„sancienda Regula fidei a summis Pon  
„tificibus lata super Episcoporum con  
„sultatione (sive suam in actis relatio  
„nem ponant, sive omittant, prout il  
„lis collibuerit) Divina æque ac sum  
„ma per universam Ecclesiam auctori  
„tate niti: cui Christiani omnes ex of  
„ficio, ipsius quoque mentis obsequium  
„præstare teneantur. Ea nos quoque  
„Sententia ac fide imbuti, Romanæ  
„Ecclesiæ præsentem, quæ in summo  
„Pontifice Innocentio X. viget, autho  
„ritatem debita observantia colentes,  
„Constitutionem Divini Numinis in  
„stinctu a Beatitudine vestra conditam,  
„nobisque traditam ab Illustrissimo Athe  
„narum Episcopo, Nuncio Apostolico  
„& promulgandam curabimus in Ec  
„clesiis ac Dioecesibus nostris, atque il  
„lius executionem apud fideles populos  
„urgebimus. Neque vero poenæ dee  
„runt adversis temerarios illius viola  
„tores, quæ a jure hæreticis infligun  
„tur, quibus juxta Constitutionis teno  
„rem, & Breve Sanctitatis Vestrae no  
„bis directum, contumaces omnes nul  
„lo conditionum, vel statuum discri  
„mine

„mine facto perstringemus: præsertim Sæc. XVII.  
„cum in Galliis ad Episcopos in soli- A. C. 1653.  
„dum isthæc cura pertineat, ubi nul-  
„los hæreticæ pravitatis inquisitores  
„constitui patitur mos antiquus ex jure  
„communij profectus. Sane spondere  
„possimus Beatitudini Vestrae, nihil  
„fore, quod Decreto Apostolico, no-  
„stræque in exequendo Sollicitudini  
„moram afferre possit, præcipue cum  
„piissimus ac Christianissimus Rex no-  
„ster, cui Breve Apostolicum, una cum  
„exemplo Constitutionis Illustrissimus  
„Nuncius tradidit, interpellato quoque  
„Regiæ Majestatis præsidio nos ad il-  
„lius Decreti executionem, Edicto suo  
„ad nos dato pro ea quam debet Ec-  
„clesiæ Constitutis tuitione, constanter  
„hortetur, & Magistratibus universis;  
„atque cæteris sibi subditis, tum ad  
„vim arcendam, tum ad amputandas,  
„quæ forte possent ab hæreticis reis  
„excitari de foro competenti Cavilla-  
„tiones præcipiat, quatenus executio-  
„nem illam omni studio & opera ju-  
„vent, atque tueantur. Quare cum  
„Rex cælestis hac in caufsa foederatum  
„habeat Regem terrarum (si fas ita  
„loqui cum Sixto III.) Sanctitas Vstra  
„per Petræ soliditatem jam conclusis  
„veritatis hostium animis securos ab  
„omni externa perturbatione de nova  
„hæ-

Sæc. XVII., hæresi triumphos aget. Porro nos  
A. C. 1653., Innocentio X. cuius ore Petrus locu-  
 tus est, ut Leonii acclamat quarta  
 „Synodus, hanc Divinam Lauream gra-  
 „tulari, sacros inter Ecclesiæ fastos,  
 „quod olim de Synodis æcumenicis  
 „fieri solitum, Constitutionem istam ab  
 „eo editam lubentes ex animo repo-  
 „nemus, cui optatissimam in longæva  
 „vita felicitatem adprecantur, qui sunt  
 „cum ea, qua par est, Veneratione.

, Sanctitatis Vestrae      Beatiſſime Pater

Devotissimi & addidissimi Filii Cardi-  
 nales, Archiepiscopi & Episcopi Galliæ in  
 Parisiensi urbe congregati.

Hæc ipsamet epistola ac Pontificis  
 Constitutio ad omnes Franciæ Præsu-  
 les cum literis ab Antonio Godeau Vin-  
 cienſi Episcopo confectis, sicut & una  
 cum Regis mandato, quo præfata Bul-  
 la promulgari præceptum, fuit trans-  
 missa, proin hæc Constitutio, nemine  
 obſistente, in universo Franciæ Regno  
 acceptabatur, ab omnibus Episcopis  
 promulgata.

§. XXV.